

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Illvstrivm Virorvm Epistolae, Hebraicae, Graecae et
Latinae, Ad Ioannem Reuchlin Phorcensem virum nostra
aetate doctissimum diuersis temporibus missae**

Reuchlin, Johannes

Hagenoae, 1519

Hulderichus de Hutten, Ioanni Reuchlin S.

[urn:nbn:de:bsz:31-270838](#)

75 VIII
I O. R E V C H. L I B E R S E C V N D.

plodas, & nos tuis amicis contumeres. Vale fœlici auspicio litera
rum decus, & me te amantem redama. Prid. Kal. Septemb.

Hulderichus de Hutten, Ioanni Reuchlin S.

PER, et, caput tuum oro, per siquid hoc charius utriq[ue], noli
tristia ominari nobis. Quid em̄ ista sibi uolunt̄ sin breui mo-
riar, satis tibi respōdebit uirtus tua. Noli me terrere obsecro.
Noli ipse imponere necessitatem tibi, & illum refer animū quo
solitus es ferundis aduersis uti. Multos ultro ferocientes formida-
losus dux milites his querelis emollitos reddes. Ne tibi desis. Ne
ardētibus pro te muliebre istud obstrepe sin breui moriar. Immo
nō moritur qui sic uixit. Iстis enim annis quicquid addes, lucro ac
cesserit. Gloria abunde est. Sēsistī uiutens ea de te testimonia, quā
paucis prius mortuis cōtigerunt, ac ipse posteritati interfueristi tuā
Quod ad me attinet, satisfactū meo in te studio arbitror, uel hoc
solo quod inter Reuchlinistas numeratum haud obscure me ui-
derim. Prōinde cōfirma te fortissime Capnion. Multum oneris
tui in nostros humeros translatum est. Iam pridem incendiū con-
flo, quod tempestive spero efflagrabit. Iplū te quiescere iubeo.
Eos mihi adiungo militiae socios, quorum & aetas & conditio, pu-
gnæ generi par est. Breui uidebis lugubrem aduersiorū tragœ-
diam ē ridentium theatro exhibari. Hæc diuersa opinante te mo-
lior. Neq[ue] enim de me si recte suspicareris, ista scriberes Noli dese-
rere causam ueritatis. Egon' dēseram aut hanc aut te huius ducēst
Modicæ fidei Capnion. Q̄ non nosti Huttenum. Immo si tu ho-
die dēseras, ego istud (quantum per me fieri poterit) restituā bel-
lum, nec mihi ignauos coēptorum comites arbitrare. His stipatis
consortibus ingredior, quorum unumquenq[ue] huic colluuiōni fa-
tis futurum putes. Capnionis præconium per ora uirum uolabit.
Feres ipse & hinc & aliunde ingentem laudem extra periculum se-
curus. Hæc uolui ne ignorares. Vale, ac integrum te nobis serua.
Iterum uale. Bononiæ. Idib. Ianuar. Anno M. D. XVII.

Cunradus Mutianus Decretorum Doctor, Cunrado
Peutinger Augustano.

A